



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

XXXVIII. Quae sit Materia Sacramenti Confirmationis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

trum. Nam Apostolorum actio, Act. 8. non fuit humana ceremonia adiuncta baptismu. Patet suprà: Et Augustinus vocat Chrisma Sacrosanctum Sacramentum. Quae alia mentiatur Kemnitius, vide in meo Antipap. Mendace part. 3. quest. 5.

A D III. Mentitur. Patet in meo Antichristo par. 3 q. 7. Et Augustinus ibi scribit de Confirmatione Reconciliatoria poenitentium, non de Confirmatoria. Et hanc, vocat orationem; sed non negat esse Sacrementum. Nam Impositione manuum semper fit cum oratione. Et rata semel, repeti nequit: at Reconciliatoria potest: de qua reconciliatione haereticorum loquitur Augustinus. Nā resipicentes haeretici solebant recipi cū vñctione Chrismatis in Ecclesia Orientali; in qua Augustinus degebatur: at sine hac, in Occidentali.

A D IV. Iam liquet.

A D V. At Confirmatio est de cœlo: tum quia à Christo instituta solo: tum quia S. Patrum testimonium est de cœlo, ut Sanctum.

Q V A E S T I O XXXVIII.

Qua sit Materia Sacramenti Confirmationis?

LUTHERANI, perindeque CALVINI, totum S. Chrisma despunt & irritant. Kemnitius pag. 324. per despectum vocat Pinguedinem torrefactis calceis inungēdis. Calvinistæ in Galliis ocræ se perunxit. II. Oleum S. vocat Kemnitius pag. 287. Chrisma excantatum. Calvinus Inst. I. 4. c. 19. §. 8. oleum diaboli mendacio pollutum. Vterque benedictionem olei vocat superstitiosam & magicanam.

S V A D E N T istis. 1. Brentius in Confess. Wittenberg de Bapt. Quia, Chrisma pertinet ad iudaicas ceremonias; à quibus renunciantur. Col. 2. Si mortui estis cum Christo ab elemētis mundi huius: quid adhuc his detinemini? 2. Quia, Dionys. Areop. subindicit usum Chrismatis ab athleticis vñctionibus esse defundatum, & Mosaicis: at qui Deut. 12. Cave, ne imiteris gentes, & requiras ceremonias earum. 3. Quia, acta Conciliorum docent à Sylvester Chrisma institutum. 4. Kemnitius. Quia, Act. 2. & 10. datur Sp. S. sine Chrismate. Et, Act. 8. & 19. solum fit mentio Impositionis manuum, non Chrismatis. 5. Quia, Tertullianus, de Bapte, dicit, ritum Chrismati peti- tūm esse ex Veteri Testamento: Institutum ab hominibus: ergo non à Christo.

A V T O R. I. Materia Confirmationis est Chrisma. 1. Quia, 2. Cor. 1. Qui Confirmat nos Deus, & unxit nos, & signauit, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Id quod Ambr. Ansel. Theodoretus. &c. de Chrismate exponunt. Et rectè: nam Confirmat, roborando: Unxit; En materiam. Signauit; en Characterem. Dedit pignus. &c. en effectum. 2. Item, 1. Ioann. 2. Et vos Vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. 3. Ita Consensus Patrum.

II. Oleum vero sit, non simplex, sed mixtum balsamo. 1. Ita S. Dionys. Areop. in Eccl. Hierarch. S. Clemens l. 7. Const. Fabianus Papa. Cypr. Greg. &c. 2. Fauerque figura, Exod. 30. de vnguento tabernaculi & Sacerdotum composito: quod Christmati conferunt Cyprian. & Petrus Damianus. 3. Ratio, D. Th. 3. q. 27. a. 2. Quia, materia Sacramenti significare effectum eiusdem debet; qui est Confirmatio, in fide requirete Cordis puritatem & feruorem; ac oris Confessionem: Ceu Oleum est liquor

Mm 3. pu.

purus & ardendo lucens: balsamus odoratissimus. Quam congruentia Kemnitius inimicè subiannat.

III. Chrisma prius esse consecratum debet. 1. Quia sic Traditione ex Clemente l. 7. Conf. vbi ab Apostolis id manasse ait. Ita & Fabianus Papa. &c. & Concilia, Nycenum, Laodicenum, Romanum. &c. antiquissima ac locis dissimilata. Sic & Patrum Consensus constans.

IV. Dandum vero est Chrisma ab Episcopo in fronte baptizati. Ita Patres. Concilia &c.

D I C O A D I. Pariter nec aqua in Baptismo foret viendum, nec pane in Coena: Quae erant in Veteri Testamento inania elementa; at in Novo sunt gratia plena.

A D II. Mentitur: quia Christi doctrinam tribuit Apostolis: esseque similitudinem ait cum iudaicis & athleticis vocationibus.

A D III. At Sylvestri solum de Fronte vngenda præcepit.

A D IV. Datus ibi Spiritus Sanctus est ex privilegio; non ex ministerio. At, Act. 8. 19. Impositio manuum est inunctione; quia haec fieri nequit absque illa. Quod autem sub initia Spiritus Sanctus visibiliter apparebat super confirmatis, id fieri ad solam manuum Impositionem potuit, ex privilegio: Certior tamen sententia Patrum est, factum ex Sacramento; quod semper vbi fuerint oleo. Vide Bellarmin, libr. 2 de Confir. c. 9.

A D V. Sermo est ibidem typus.

Q V A E S T I O XXXIX.

Quae Forma Confirmationis?

LUTHERANI, itemque CALVINIANI certatum nostram impetrunt.

S V A D E N T istis. 1. Kemnitius Lutheranus, part. 2. Examin. pagina 288. Quia, haec forma, Signo te signo Crucis, nec est in veteris scriptoribus: nec eadem verbotum apud omnes.

2. **C A L V I N U S** Institut. libr. 4. c. 19. §. 5. Consigno te signo Crucis. Pulchre & venuste: sed ubi est Verbum Dei?

3. Ibidem. Quis eos in oleo salutem querere docuit? &c. Salutem, que in Christo est, abiurant, Christum abnegant, partem in regno Dei non habent. Oleum ventri, & venter oleo: utrumque Dominus destruet.

A V T O R. Forma est: Consigno te signo Crucis: & Confirmo te Christmate salutis: in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti. Apud antiquos non verbis totidem, sed sensu ipso, haec eadem habetur. Nam forma omnis consistit in sensu, non in numero syllabarum ac sono: alioquin græce &c. prolatam formam eadem nil efficeret. Quod formam non plures veteres prodiderint scriptis, causa est; quod nec Baptismi formam exprefserint communiter; ne ab infidelibus profanatio contingat: Solum dicunt cum inuocatione S. Trinitatis baptizari. Dionys. cap. vlt. Eccl. hier. negat fas esceliteris mandare formam.

D I C O A D I. Iam liquet.

A D II. Sicut totum Dei Verbum est Traditionum primitus; & postea scriptum, non totum tamen: ita & Forma Confirmationis est de Traditione Verbo; ceu & Baptismi. &c. Quin ipse Calvinus Ibidem §. 51. satetur Ordinationem Ministerorum esse Sacramentum; nec usquam tamen inueniet de eo, quod cum Clemente faciat Sacramentum; vt ipse